Emptor ad vitam, vel emptor cum pacto de retroveniendo, interim ad omnes effectus est verus, & perfectus dominus ex relatis dec. 74. & 78. de seruo. & cod. tit. in hoc supplemento in Florentia retratibus dec. 109. & dec. 1. de exemptione. & conditione. & alibi pluries, sed non per hoc interfici potest, ut ei licet iure sit alienare rem in perpetuum, adeo in causa ejus mortis, vel retroventionis non possit competere actio contra tertium possessorum, vel restitutio contractum nulla adiecta sit hypotheca, vel restitutio dominii deinde alia non competit actio nisi personalis, quae oritur ex pacto, vel iudicis officium mercenarium, quoniam dicitur quadam actio personalis in rem scripta exercitabilis ad rem etiam contra tertium.

Alias enim datur alio posset absurdum bene conferatur per Rota d. dec. 86. post Merlin. de pignor. n. 7. alias 178. Pueri tinger, quod scilicet omnia fidicommissaria ordinata per contractum, praesertim in donationibus iuxta causas a me recentibus dec. 25. & 55. & 137. cum plur. seqq. in tit. de fidicommiss. Ita aliud nisi facili possent.

Illa vero antiquorum simplicities derivata ex quibusdam legieculis scolasticis formalitatis, que differentiam constituit inter fidicommissaria ordinata per ultimas voluntates, & per actus inter vivos in praxi & apud magis inditos modernos remanet irrisio digna ex relativis dec. 14. eod. tit. de fidic. dec. 429. n. 1. par. 13. rec. & alibi pluries, cum viventibus conventionis artibus ligare debent.

Convincitur item ad evidentiam aequivocum dictorum modernorum Consulentium, adhibendi ad rem ea quae notantur per DD. antiquos, & graves ad materiam text. in l. quoties C. de donat. que sub modo, & quorum litaniam juxta quamdam verè contemptibilem modernam ineptiam facit Andreol. d. contr. 120. quoniam dicti termini, verè & propriè percipiunt causum diversum, quando scilicet post factum donationem uni cum ore, ut bona donata ad certum tempus vel casum restitutae alteri, idem donator concorditer cum donatario, hinc rem tendo onus, donet, vel alienet alteri, vel consentiat, quod donatus alienet cum subsequenti traditio time, & translatione dominii, iofolos terminos verè percipiunt notata ad materiam d. text. in l. quoties; Secus autem quando donatore defuncto, vel in priori voluntate perferante, Tertius possessor totum ejus ius metitum a primo donatario habente jus, ac

scilicet aliud est agere de caufo in quo idem donator alias bonorum liberorum liber, & plenus dominus in praediūm secundi donatarii alienationem fecerit, insimil cum primo donatario; Et aliud est agere de alienatione facta per primo donatario, qui dominium limitatum à donatore habebat; Atque in hoc consistit aequivocum, eodem modo quo in feudo, & in empheuteusa, vel in perpetua locatione, & similibus passim habemus, cum idem videantur termini. Ac etiam specata ipsa ratione, quae aliquibus legibus subtilitatis, & superstitionibus pravulare debet, itamque dixi mihi videri certam veritatem.

ROMANA PECUNIARIA
SEU DONATIONIS
PRODUCE BRACHIANI
CUM FEDERICO PETRO DE VICTORII.

Casus decisus per Rotam pro Duce.

De insinuatione aliquisque solemnitatibus in donatione requisitis, & an, & quando servari debeant in donatione annue praestitatio vitalitatis: Et quid in donatione facta per Magnatem proprio familiae cum affectio meritorum.

S U M M A R I U M .

- 2 F Adi series.
- 3 Injustitia impedit rem iudicatam sive præbet locum restituunt in integrum.
- 4 De prescriptione statutarie, & de solutione presumpta.
- 5 Insinuatio requista ex statuto Urbis in quibus differat ab illa de jure communis.
- 6 An & quando requiratur insinuatio in donatione vitalitatis praestitatiois.
- 7 De estimatione hujus praestitatiois vitalitatis.
- 8 An insinuator requiratur in donatione facta per Magnatum.
- 9 De ratione cui innixa est solemnitas insinuationis.
- 10 De sibi iudicandi per Sacrum Concilium Neapolit.
- 11 De materia donationis remuneratoria & an sufficiat sollempnitatis.
- 12 De donatione facta extra locum subjectum statuto prescribenti solemnitates.

D I S C . L X V I .

Dux Virginius Ursinus de anno 1593. donavit Hieronymo Florello eius secretario ad vitam mensuram praestitacionem scutorum trinitatis, atque de anno 1609. idem donavit Aloysio Victorio eius familiari, pariter ad vitam mensuram praestitacionem scutorum virginitatis, aliamque vitalitatem donationem mensurorum scutorum trinitatis de anno 1516. fecit Paulus Jordanus Dux successor eidem Victorii eius educatori vulgo Ajo, qui cessionem quoque obtinuit a dicto Florello de praefata prima donatione; Pro hujusmodi ita; annuis, vel mensuris decursis praestitacionibus in vita utriusq; Donatarii notabiliter summarum quatuor milium scutorum circiter confitentibus; iudicium insinuit Federicus Petrus de Victorii prefatus Aloysii heres contra Ducem Flavium, tanquam praedictorum Donatorum haeredem coram A. C. q; non solum fententiam, ac ejus in iudicatum translatam vigore mandatum exequivit obtinuit, contra bona haereditatem utriusq; donatarii, sed etiam exequatur contra personam, & bona propriam; Commis- verò causa restitutiois in integrum in Rot. cor. Rondinino, datoque solito dubio, An conset de re iudicata, vel potius de causa restitutiois in integrum sub d. 26. Februario 1674. favore Ducis rei contenti negativé in prima, & affirmativé in secunda parte responsum fuit ratione iustitiae, dum iusta frequentes, & quotidiana cautions, super quibus revera puerilitas est autoritates amplius deducere; sententia iustitiae nunquam transit in iudicatum, vel transit, iustitiae tanquam inducita iustitiae locum aperit restitutio in integrum ex deductis d. 38. de judic. & passim.

Quavis autem in disputationibus defenser habitis ex hac parte insinuerit tam in donationum invaliditate ob defensionem insinuationis, & ob non servatum formam statuti Urbis 149, atque in alio motivo praesumptae solutionis ob presumptionei refutantem à statuto Urbis ob lapsum sexdecim annorum sub nomine praescriptionis statutarie explicari solitam, ac etiam ob alteram praesumptioem refutantem à jure communis ad terminos textus in l. procula ff. de probat. juxta deducta, sub tit. de cred. d. 129. Et lego. multo magis dum agitur de mensuris praestitacionibus tanquam per speciem pinguioris mercedis mensuram solvi foliæ per Magnates familiaribus manuulter, abique eo quod reportent quietantia, ut debito in forte principali notabilis quantitas fieri solet; Attamen Rota contenta primo motivo nullitatis refutantem à defectu insinuationis ob formam statuti Urbis 150. per quod insinuat etiam juramento tollitur istius defectus suppletio, quæ a valido juramento juxta magis receptam opinionem resultat ex insinuatis,

supra hoc eod. tit. disc. 60. de aliis motivis disputare neglxit, ut patet ex decisione defensoris edita.

Ad evitandam autem hujusmodi solemnitatis necessitatem, Scribentes pro Actore tria deducebant fundamenta. Primo tempore, quod cum esset donatio vitalitia insinuationis non subiaceret ad Textum in l. sanctius. q; si quis autem Cod. de donat. cujus dispositio incorrepta remaneat per statutum Urbis, quod hujus solemnitatis necessitatem exigit in illo tantum casibus, in quibus de jure communis requireret, duas tantum operationes faciendo; Primo nempe circa summum, quoniam de jure communis insinuatio requiritur ultra quingentos solidos, ex magis recepta sententiæ important quingentos scutos auri nostrorum temporum, statutum vero se refringit ad summam ducentorum ducatorum de carolensi, qui important scuta centum quinquaginta moneta Romanae juliorum, & per consequens scuta centum auri juxta currentem valorem: Et secundo, quoniam tollit vii iuramentum, quod ut supra spectat defectum.

Dicebant secundum, quod cum ageretur de donatione Principis, & Magnatis, ista solemnitas necessaria non est, juxta punctualiter disputata apud Capyc. decr. 103. Et tertio, quod esset donatio remuneratoria in premium meritorum, & servitorum, ideoque pariter non subiacet solemnitatis.

Singula itaque ista fundamenta examinando; Quamvis Doctores plenè in decisione hujus causæ relati cum confusa opinionem feisura nimis dilupent super intellectu ipsius textus, ex posteriori sententia procedentis, quando donatio sit vitalitia ex parte utriusque, donans scilicet, & donatarii, ac properet intrat ejusdem textus ratio, quod ob contingentiam celerris mortis unius, ita citè donatio resolvi valeat, adeo ut adest non dicatur summa insinuationi subiecta, ac properet quælibet verè, & propriez cadit super verificatione hujus præsuppositi; quoties donator expressè non promiserit continuationem donationis ad vitam donatarii etiam per haeredes post eius mortem, an scilicet id in dubio subtillegatur, nec ne, atque subtili magis communis opinio lentire videtur, ex cumulatis in eadem decisiones; Attraem, quando ut in praesenti id exprimitur, tunc in eodem textu liberaliter deciditur, ut intret insinuationis necessitas, ex ea clara ratione, quod jus certum ad vitam creditoris, adeo ut non habeat aliam incertitudinem refut. à vita debitoris, summa habeat astimationem, ac pretium, ut quotidiana generalis praxis docet in censibus vitalitatis, ac officiis, & in locis montium vacabilibus, ex insinuatis sub tit. de regal. disc. 39. cum plur. seqq. & supra disc. 54. & sub tit. de empl. & vend. 1. ubi de conciliis bonorum ad vitam, & alibi pluribus.

Ac properet ita species donationis continere dicitur ab initio illam quantitatem in proprietate, quam Donatarius suistet foliatus tanquam pretium juris vitalitatis quatenus in contrahactis emptionis, & venditionis, vel alicuium correpectivum deducit. Super haec valuatione autem nullatenus placet decisionis præsuppositum, ut ea facienda esset juxta computationem text. in l. haereditatis, ff. ad leg. Falci. procedendo cum hac simplicitate, cum qua aliquos DD. ac etiam per ipsum Tribunal in aliis causis procedi convevunt, quoniam verius est, quod haec valutatio in singulis casibus pro eorum individuis circumstantiis fieri debet juxta ponderationes, de quibus d. disc. 20. de regal. & supra hoc tit. d. disc. 54. & alibi pluribus.

Venimus etiam in casu, in quo donationis resolutione alternativa penderet à vita donantis, vel donatarii juxta sensum textus, adhuc eatenac dicendum venit, quod ceferet insinuationis necessitas, quatenus ita lex disponat, atque legislatori placeat, non autem ob agnitione rationis probabilitatem, cum etiam in isto casu intret eadem consideratio pretii in proprietate ab initio. Quamvis etiam plus valutetur donatio ad vitam donatarii ob maiorem certitudinem, minus autem ubi majoris viget periculum, atque major est incertitudo ex deductis d. disc. 30. de regal. non per hos tollitur, quin ista præstatio habeat suum pretium, cum quo de hujusmodi vitalitatis iuribus etiam ad vitam debitoris conveniri solet ex pluribus insinuatis sub tit. de societ. off. & alibi, & sic duplicitas periculi est qualitas diminutiva, non autem omnino destruens pretii, & valuationis.

Quoad secundum motivum, quo ageretur de donatione facta per principem, & Magnatem, dicebant, atque Rota in decisione legitima est, quod isti Domini, & Magnates, iuxta diversas dominiorum qualitates, Principum, vel eorum ad instar, figuram facere videntur in eorum locis, & dominis,

Pars I. De Donationibus. Disc. LXVI.

ut de testamento condito in ejus dominio quendam Domicellum de hac eadem familia Ursina ex ista ratione non subiecto solemnitatibus firmat Bald. relatus per Grat. discr. 312. n. 8. Secus autem in Urbe, in qua figuram faciunt privatorum Civium, quamvis nimium qualificatum ex ponderatis sub tit. de servitio. disc. 60. & magis ad rem ad præcium effectum subiectiōnis statutorum sub tit. de alienat. & contral. probib. disc. 37. ubi concordantes.

Reflexendo tamen ad veritatem de isto fundamento dubitamus, quatenus in iudicando procedendum effe discursivo seu ratiocinatio more ex ponderationibus, de quibus eod. disc. 37. de alienat. multo magis in his terminis intratibus, quamvis insinuationis solemnitas à jure introducta est ex motivo, seu ratione fei certificandi de sincera, & per-

verant voluntate donatoris, quoniam cum donare sit perdere, atque homines prudentes, & fani capitii, non de facilis irrevocabiles donations facere soleant, ideoque actus sit de fui natura suscepitus de coactione, vel dolosa seductione, hinc meritò pro voluntatis certificatione iste novus desideratur coram Judge, & ex intervallo, quamvis revera, & de facto juxta omnium aliarum solemnitatium naturam ad ceremoniale formalitatem id quoque redactum sit.

Ista itaque ratio ceſſat in Magnatibus, ac potenteris viris hujusmodi liberalitatem cum subditis exercitantes, & per quandam speciem augmenti mercedis, five ut vulgo dicitur ben servito ex communi consuetudine per literas privatas familiares vulgo patentes, non autem per publicum, & foliæ instrumentum, ac properet ex rationis identitatem adaptari videntur ea, que habentur firmata apud Merlin. dec. 692. super cessante necessitate solemnitatum in ea donatione, que manualiter fiat.

Sed quoniam apud modernos implevit ineptus usus, negliget quocumque ratiocinio, vel discursu, pragmati- more judicare, quia sic alias decūm fuit, vel quia sic dicunt aliquantibus ex autoritatisibus; Idcirco dicebant in congresso habito pro direktione causæ, quod motivum dic non posset tutum.

Respondens autem ad d. decr. 203. Capiti, dicebant, quod illa potius retroqueri poterat, atque huic Patri affebat, quoniam legulegio more punctum examiningo potius conclusidit pro necessitate insinuationis ex superius assignata ratione, quod quamvis Princeps Salerni, attenta illorum temporum conditione effet Magnates nimis potens, ac primi ordinis in ius statu, attamen etiam id faciebat figuram Baronis subditus legibus, quibus derogare, vel dispensare non poterat; Et ulterius in Regia, seu Metropolitanâ Civitate, in qua facta erat donatio, faciebat figuram subditus, ac privati Civis, quamvis nimium qualificati, sed quoniam illud Sac. Consilium supponit se fabrogatum loco antiqui Praefecti Praetorio, atque indicare facilius, quoniam adhuc dicuntur de jure prohibiti absque illa forma, vel solemnitate actum explicare. Et per consequens sola confessio, vel assertio non sufficit, cum eadem faciliter, cum qua sit magis præjudicialis actus donationis, assertione cauet; Ac etiam quia dicteretur ita imposta lex verbis, & non rubis, atque legis prohibito de facili cum sola verborum formula, vel textura eludi posset.

Ac ulterius, erroneo quoque esse dicebant in his generalitatibus immorari, atque cum eis in omnibus casibus in differente procedere, cum verius reflectendum sit ad versus effectus exinde refluentis, etiam inter non prohibitos, quoniam ex gr. aliud est ad hoc agere ad effectum evidenter solum aliquem levem defectum solemnitatis; Aliud verò ad alium maiorem effectum inhabilitatis personalis, five cum ipsomet donatore ad effectum evictiois praefende, aut ad effectum non subiacendi resolutioni ob supervenientiam liberorum, aut obligationis, gratitudinis, vel alimentorum, cum similibus; Et converso ad effectus præjudicialeis tertio juxta casum, de quo d. disc. 94. de feud. cum similibus.

Magna namque dignoscitur differentia inter unos, ac alios, maiores, & reflectivè minores effectus, ut pro minoribus, maiores, & efficaciores justificationes requirantur pro minoribus autem minores sufficiant; Sive cum eadem distinctione concilietur dicta alia quæstio, ac sufficiat sola obligatio naturalis, & congruentia, vel antidoralis, vel potius requiratur obligatio civilis productiva actionis in iudicio experibilis; Aut an dentur merita in eo, qui te- nebatur ex debito officii ita bene operari ut supra; Vel an præmium merito adaequet, neque; sive an remunera- tio ad limites iustitiae distributive, vel commutative.

Ita etenim ac similia non videntur in iure dubia sub quæstionibus, ac opiniorum varietatibus cadentia, ut legulegium pragmaticum vulgus male opinatur, ideoque cum conuento improbo, ac inepta labore chartas iniutiliter repere studeat ad probandum quænam magis communis, magis vero sit opinio, cum potius diversa, quam contrarie dicentes sint opiniones, pro casuum, vel reflectivè effectuum &

operationum varietate, recte conciliabiles, ut generaliter in universitate facultate, si qui videtur, aedebit in singulis casibus pro eorum particularibus circumstantiis decisio regulanda sit, generaliter perpetuo abhorrendo.

Nulti etenim ad rem nostram, præsupposito Donatore sani capit, vel nimium rari sunt illi causas, in quibus ad istum donationis actum devenerint, absque aliquo motivo meriti, quoties sanguinis, & naturae impulsus non urgeat; Ac etiam, quia in iusto contracitu, ex communione, & forte unquam variabilis stylo, seu formulario, generali meritorum, ac servitorum assertio præmittit solerit, ideoque nullus unquam purus, ac simplicis donationis non causativa casus datur in iis, in quibus nulla aedebit activa, & respectivae passiva probatio juxta dictam distinctionem, si in non probitis sola generica assertio sufficeret.

Quia vero una ex premisim donationibus dicebatur facta in Oppido Liburnensi, id est, ex parte actoris inferbare, quod latum in ea non cadetur defectus solemnitatem prescripsum statuto Urbis, dum ex facti circumstantiis applicari non poterant ea, que de actibus affectatae gestis ex tua ratione habentur *sopra* disc. 35. & ali.

Hinc pro illo objecto evitando, ego, & alii pro hac parte Sribentes dabamus repsondationem in decisione deducnam, quod scilicet cum ageretur de actu inito per scripturam privatam non sufficeret sola assertio loci, absque aliqua latum administrationi justificatione o fraudem, quia alias prohibitory legis fieri posset; duco argumentum a dispositione text, in *Scripturam C. qui poterit in pignor. babecanur.*

Ita responso, reflecendo ad veritatem, parum placebat, quoniam illa falsitatis, vel fraudis suspicio, quam dicta ex habebat in scripturis privatis recte procedit ubi admixtum sit prejudicium tertii; vel etiam ubi celesio isto prejudicio donatoris, vel alterius agentis actu, prohibito sit talis, ut impedimentum ab ipso faciente, absque alterius ministerio removeri non posse ut factum tertii adhibendum, putata in decreto Judicis, & consensu proximiorum ad formam statutorum, cum similibus, secus auctorem in ista specie impen- dimenti, quod nimium de facili per ipsum solum facientem removeri posset; cum tunc præsumendum non sit, quod falsitas sibi constitutur, attenta prædictum qualitate personæ, ac etiam temporis, quoniam tunc legulecis formalitatibus, & superfluitatis ab hodiernum statutum non redactis, non habebatur illa fulpicio, vel dubitatis, que hodie haberet forte parum probabilis, ut in hujusmodi actibus gratitudinis, & generositas gestis per Magnates cum propriis famulis statutarum solemnitates requirentur.

Melior itaque, ac rictior mihi videbatur altera responso, quam dabant, in decisione tamne neglecta, quod scilicet cum esset donationis facta per scripturam privatam ab eo iuramento, aedebit istius suppletio non intraret, si non obstat defectus insinuationis requisitus per Statutum Urbis, obstat alter insinuationis requisitus per ius commune cum sola differentia majoris, vel minoris summe, que non poterat salvare rem iudicatam ab iniustitia.

FULGINATEN. DONATIONIS PRO COMIT. JULIA DE MONTECATINIS CUM VITELLESCHIS.

Discursus cum sensu Veritatis ad parandum con-
cordiam, jam sequuta.

De eadem materia, de qua *sopra* disc. 26, super solemnitatibus à statuto Fulginateni, requisitus in donationibus, quales esse debeant, & quando requirantur.

S U M M A R I U M .

- 1 F Abi series, & de dedulis bruc inde per alios Scriptores.
- 2 De intelligentia statuti Fulginateni in donationibus.
- 3 Solemnitates ad unius effectum aadibit non sufficiantur quoad alium.
- 4 Quando donatio inter conuges morte confirmetur.
- 5 Quid statutum loquendo de donationibus, non procedat in onerosis, & causat vis.
- 6 Vir non facit suos fructus bonorum statutum, nisi accedit traditio.
- 7 Quomodo fieri dicatur traditio locorum monitionis.
- 8 De dannis, & interesse debitis viro, loco fructuum.
- 9 Solemnitates non requiruntur in remissione juris querendi.

Mot.

- 10 Renunciatio translativa præsupponit acquisitionem precedentem.
- 11 Ad quid proficit, quod vir donator in eadem voluntate obserbit.
- 12 De tacta, vel præsumpta remissione usurarum statutum.
- 13 De prohibitione donationis inter conuges de jure communione, & quando censeatur revocata.

D I S C . LXVII.

PRO communi parentum pingueum assem possidentibus tribus statutoribus de Montecatinis, quarum maior Julia nupta erat Hieronymo Vitellechio, aliae vero minores, & innupte sub Curatoris administratione vivebant; Cum ex fructibus locorum montium penes Camporeum in Urbe confusa esset summa scutorum mille tercentum circiter, cum ea vir, & curator, earundem locorum nomine praedictum compararunt a quibusdam mulieribus, & minoribus, quorum respectu ad iusticiandum solemnitatem a statuto requiri, ultra conjunctos intervenit Prætor, qui iuxta a confutam formulam, decretum interposuit; Declaratione per Hieronymum in eodem instrumento adjecta, quod quamvis dicti fructus pro tercia parte ad ipsum spectarent, eos tamen uxori donabat sub ea tamen lege & conditione, ut portionis dicti praedicti uimfructum ad ejus vitam habere deberet.

Solutio autem ad breve tempus matrimonio per mortem viri abique prole, atque muliere transitum faciente ad fuscandas nuptias cum Comite de Montecatinis iudicem Civitatis tunc Episcopi nepote, nonnullæ exortæ fuerunt controversia inter ipsam, & alios de Vitelleschi viri defuncti hæredes, inter quas fuit ista super subsistencia donationis dictorum fructuum, quæ invalida praetendebatur ob non servatam formam in donationibus requiritum a Statuto de quo supra disc. 26. Quare in forma extrajudiciale, ac benevoli, deinceps ex parte mulieris pro veritate confutus fui, a liquibus communicatis informationibus, vel responsis tandem euidem mulieris Sapientium de partibus, quam aliquorum scribentium in Curia pro hæreditibus Viri, in quibus per omnes hincidit procedebatur, retento præsupposito quod ageretur de donatione; Ideoque refringebatur quæstio ad punctum, stante quod statutum exigit decretum Judicis, ac interventionem proximiorum per alternativam, an ista capienda esset in eius propria significatione, ut proterea sufficeret unum ex alternatis, quale adesse supponeretur, flante Judicis præsentia, & decreto interposito super omnibus, & singulis in illo instrumentum contentis, ut ex parte mulieris praetendebatur. Vel potius refolenda esset in copulativa, ut requireretur utramque juxtam prætentio nem alterius Partis, quæ donationem impugnabit, agendo etiam de altero puncto, an dictum statutum esset necne in iuri; Atque super his deducebatur hincidit iuxta frequentem sylnum invicem pugnantes atteftationes Notariorum, & Caufidicorum, ac etiam pugnantes assertiones Cioccopatriotæ, quarum aliquæ in terminis ejusdem statuti enunciabantur *sopra* eod. 26.

Repondendo itaque, circa punctum usus statuti relativè me habui ad deductam *codem*, disc. 26. Et quod alterum punctum dicbam, quod quamvis mihi probabilitus videbatur, ut deficiente observantia certa, & univoca, ob dictas contradictiones probabilis videbatur, ut alterna in eius proprio, & regulari sensu capienda esset, quoniam cum ageretur de statuto exhortantibus utrumque in majoribus refringente illam donandi, vel alias de bonis suis disponendi libertatem, quam ius commune concedit, idcirco strictam, ac rigorolam interpretationem recipere deberet ex iis que in statutorum peculiari sede plures habentur *sob tit. de success. ab intestato.* Ideoque nulla congrua ratio exigere videbatur hanc improptionem.

Attamen iste videbatur labor inanis, cum ambo alternata deficeret mihi videbatur, flante quod Judex principaliter adhibitus fuit pro autorizando contractum venditionis factum a minoribus, & mulieribus, & super quo Judex adhibuit illam (quamvis ceremoniale) causa cognitionis, nam statutum præsupponit, sive decretem invenit, id est, non trahendum ad istum diversum incidenter enunciatum contractum ex parte unius tantum, altero contrahebente, dum super eo nullus statutus existens fuit, id est, eius consensus non videbatur ad id extendendus; Et per consequens, retentis terminis donationis, ubi etiam admittendus esset intellectus donataria favorabilis pro alterativa, adhuc tamen pro invaliditate responderi debuisset.

Motivabatur item ex parte Sribentum pro muliere, quod in omnem eventum hac donatione receperit validitatem, seu confirmationem à morte viri, deficer adhibendo terminos generales, qui habentur in materia donationis inter conuges, sed pariter dixi videri fragile fundamentum, cum id procedat in terminis juris communis percutientibus speciali donationem inter conuges, que non irritatur ipso iure idemque implicitum habet statutum validitatem, conjugi donatore in eadem voluntate perseverante. Secus autem in cau hujiusmodi statutorum generaliter disponentum de quibuscumque donationibus etiam inter non prohibitos, atque habentium decretum irritativum ipso iure, quoniam tunc deficit extremum confirmabile, ut in terminis donationis inter conuges in Urbe ex eis statuto advertitur *sop. disc. 30.* Et generaliter habetur plures subtit. de alien. & contratu, probis, super quædis disputata apud Surd. dec. 308. & aliis, an scilicet nullitas contractus gesti per minorem, allegari possit per hæredem vel per terminum, id est, ubi haec donatione effet talis, quod non cadet in statuto, multo minus eam cadere dicebant sub prohibitione juris communis, que hodie ad quandom idealiter redacta videtur.

Ex duabus tamen diversis motivis, censui pro muliere respondendum fore, quodque non versarem in cau statuti; Primum neque, quia ut plures in prædictibus habentur, hujusmodi statuta intelligenda veniunt, de veris ac propriis donationibus lucrativis, in quibus donator efficiatur pauperior, donatus autem ditione lucrativam foven causam, non autem in donationibus causatibus, ac onerosis, & correspondit, quæ in verbis potius quam in re istud donationis vocabulum fortunum; Et hic erat causus ob dictam legem sed conditionem acquisitionis uliusfructus ad vitam donatoris, qui ita poterat esse in lucru, cum damno, & jaectura mulieris donatariae, quoniam ipsa ad breve tempus moriente, vel sequente inter eos horis separatione, unde cesaret illud uile vel subfalterium dominum, quod ratione dicitur, adhuc idem longo tempore supervenientis maiorem potuisset reportare utilitatem; Et per consequens cum dici non posset vera mereque luctuosa donatione, ita verabamur extra terminos statuti.

Ec secundum ex eo quod minus vera effet assertio viri, quod dicti fructus effent proprii, admiso etiam præsupposito quod integra mulieris portio tam dictorum locorum montium, quam aliorum bonorum data esse, quoniam ad effectum ut quis faciat iure domini fructus bonorum totalium, non sufficit sola donis constitutio, nisi etiam sequatur traditio ex relatibus *disc. 160. de doce. n. 16.* Et secundum ista quod minus vera effet assertio viri, quod dicti fructus effent proprii, admiso etiam præsupposito quod integra mulieris portio tam dictorum locorum montium, quam aliorum bonorum data esse, regal. Hinc sequitur ut non sit verificabilis illa traditio præsumpta de qua agitur *codem disc. 160. n. 17. & legg.* id est, firmum esse dictum, quod fructus prædicti cum quibus prædicti acquisitione facta fuerat, non era in dominio viri, sed in illo mulieris; Et per consequens quod non verificaretur vera, & proprie donationis requisitus præsentem in prohibitorio, ut donans privetur bonis vel iuribus quæstis & propriis, Unde efficiatur pauperior suumque diminuat patrimonium; Et eis converteri donatarius denouo acquirat id quod non habebat, atque ditione efficiatur, suumque patrimonio auguet.

Et quamvis ut *ed. disc. 160. n. 16.* ac etiam *disc. 26. f. 2. & disc. 146. ed. tit. 22.* de occidente agendi de fundis aliquis prohibitus, quæ in dictum data effent, de stricta 7 juris cenlura vir non faciat fuos iuri domini ipsos fructus; Attamen eorum loco cedunt uerba dotalis restituenda, quoniam deducta locis principaliter percutient calum exequionis, quia nempe sequitur de facto traditione, Vir pariter de facto fructus percepit, atque confimplicet, five cum eius patrimonio confuderit; Conventus autem ad restituendum repellat auctorem per exceptionem dolii, vel circuitus inanis, id est, verificare causus vere deparmentis ac diminutionis eius, quod jam obtinebat; Secus autem in presenti, quod illos non perceperebat; Et fortius quoniam verificabatur oppositum, id est, verabamur in terminis longe clarioribus, atque in ca-

su minus dubitabili, dum neque ipsi fructus identificabuntur, puta quia inexacti deberentur per depositarium montium, sed exacti positi erant in banco plures enunciati camporis Greppi, sub nomine, & ad creditum ipsarum fororum, cum quorum patrimonio iam commixti sed confusi fuerant, iuxta ponderationes de quibus *disc. 8. de benef. ac etiam hoc tit.* in proposito depositi regularis plures.

Atque hinc sequi dicebam, quod aliud vir non habetur nisi quandam speciem facultatis acquirendi, quatenus vellere acquirere, five actionem petendi à muliere damnæ, & interterre quatenus illam exercere vellere, ut ea mediante acquisitionem, & per consequens quod ista dicenda non effet vera, & proprius donation ut supra, sed potius abstensio ab acquirendo, seu remissio juris querendi, que non subiecta illis solemitatibus, quibus subiecta vera alienatio, vel donation ex deductis apud Buratt. *dec. 333.* ac etiam *disc. 1. de alien. & contratu.* probis. *n. 122.* ubi in terminis fortioribus alienationem bonorum Ecclesiæ,

Et licet, ubi proceditur per viam condonationis, vel renunciationis translative, non autem extinctive, five abstantive, id habeat speciem donationis, atque per necessarium antecedens præsupponat agitionem vel acquisitionem in sua fide *sob tit. de renunc. plures*, & alibi; Attamen ita dicta acquisitione intellectus & instantanea quæ ad hunc effectum non habetur in consideratione *dec. 507.* Putet *lib. 2.* in dictis fortioribus terminis alienationem bonorum ecclesiæ, atque advertitur *codem d. 1. de alien. num. 124.*

Aliqua ponderatione quoque dignum esse dicebam silentium viri, quod vivens nunquam contradixerit, sed cum eam dictum volute obserbit, Non quidem ad effectum revulsandi actum alias invalidum ut supra, sed effectum arguentem eis voluntatem; atque convincendam hanc hereditatem nimirum, subtiliter scrupulose contra verisimilium voluntatem defuncti iuxta ea quæ plures *cod. tit. de alien. & contratu.* probis. animadvertisunt in proposito mulieris, quæ vivens nunquam conquisita fit, Impugnat vero fit per heredem, cum revera ista videbatur nimirum subtilis impugnatione habens speciem judicium.

Et magis in specie remissionis hujusmodi interculuriorum donationum etiam implicite & præsumpte habetur *ed. tit. de doce. disc. 155. & disc. 161. n. 51. & alibi.* Puta juxta unam opinionem per mortem, non petendo in vita, five per diuturnam acqüescientiam, aut per receptionem fortis atque protestationem, cum similibus; Mulier igitur magis ubi accedit expressa hujus voluntatis declaratio, cum semper majoris ponderis & operationis sit expessum, & clarum, quam fictum & præsumptum.

Motivabatur ex parte impugnantium donationem, quod ubi etiam non intraret statutum, adhuc tamen intraret prohibitionis que refutat a jure communis super donationem inter conuges, dum a viri nullum desuper præstutum fuerat jurementum, per quod istud obstatulum remaneat sublatum, quodque non posset usus faciat iure donatoris, contra statutum, cum se sequatur traditio ex clausula generali *cassans &c.* contenta in ultimo testamento, cum quo idem vir obserbat, atque in hoc motu magis quam in alio statutum fundamentali constitutebatur. Verum illud mihi nullum faciebat impressionem, ipsisque levius, ac minoris ponderis videbatur quam dictum, non sufficit iusta quæstis & propria donationis requisitus præsentem in prohibitorio, ut donans privetur bonis vel iuribus quæstis & propriis, Unde efficiatur pauperior suumque diminuat patrimonium; Et eis converteri donatarius denouo acquirat id quod non habebat, atque ditione efficiatur, suumque patrimonio auguet.

Et quamvis ut *ed. disc. 160. n. 16.* ac etiam *disc. 26. f. 2. & disc. 146. ed. tit. 22.* de occidente agendi de fundis aliquis prohibitus, quæ in dictum data effent, de stricta 8 juris cenlura vir non faciat fuos iuri domini ipsos fructus; Attamen eorum loco cedunt uerba dotalis restituenda, quoniam deducta locis principaliter percutient calum exequionis, quia nempe sequitur de facto traditione, Vir pariter de facto fructus percepit, atque confimplicet, five cum eius patrimonio confuderit; Conventus autem ad restituendum repellat auctorem per exceptionem dolii, vel circuitus inanis, id est, verificare causus vere deparmentis ac diminutionis eius, quod jam obtinebat; Secus autem in presenti, quod illos non perceperebat; Et fortius quoniam verificabatur oppositum, id est, verabamur in terminis longe clarioribus, atque in ca-

su minus dubitabili, dum neque ipsi fructus identificabuntur, puta quia inexacti deberentur per depositarium montium, sed exacti positi erant in banco plures enunciati camporis Greppi, sub nomine, & ad creditum ipsarum fororum, cum quorum patrimonio jam commixti sed confusi fuerant, iuxta ponderationes de quibus *disc. 8. de benef. ac etiam hoc tit.* in proposito depositi regularis plures.

Atque his statibus, quodque facile fuit cum honesta concordia controversiam terminare non assumpsi formiter examen articuliculam clausulam generalis *cassans &c.* apponit foris in testamens, sufficeret absole alia probatio fatim administrativa animi ad revocandam donationem factam coniugij, ut properet dici valeat, quod illa eadem voluntate uiget ad obitum non perveraverit, vel potius conservato declaratio animi specialis; Quatenus vero ad hunc punctum pertinet, adhuc occasio non dedit illum formi-